

Verum enim verò ne heic Codro & Codrifequis ex
ipso Codro respondeamus, *Nemo vos seducat, nemo elo-
quentia & dulcibus verbis persuadeat*, novimus enim quòd
Senatus Romanus Carneadi ¹⁷ Academicò silentium in
Urbe imposuerit, eò rem deductiro, ut civium ingenia
Oratorio fuso corrumperentur, & ad improbitatem ac
nequitiam à fide & à virtute traducerentur; novimus
quoq; ex Cicerone & Valerio M. Hegesiam ¹⁸. Cyrenai-
cum, dum miserandâ imagine malorum humanorum e-
loquentissimo sermone repræsentatâ multis voluntariæ
mortis oppetendæ cupiditatem ingeneraret, à rege Ptole-
mæo ulteriùs hâc de re dissenserere fuisse prohibitum: Ne
quoq; istud adferamus, *aliud esse historias de rebus verè*
*ita gestis & consensu gravissimorum autorum confirma-
tis, aliud ipsas, quæ à Mythologis ita sunt excogitatæ, fa-
bulas & figmenta, affanias & mendacia, quibus*

Jupiter infamat seq; suamq; domum ¹⁹
factus enim fuit

*Ζεὺς κύνος, τίταν, σύντυπος, χρυσὸς διέρωτε
Αἰδηνός, Εὐρώπης, Κυπιστηνός, Δανάης.*

²⁰ Delius in corvo,, proles Semeléia capro,
fele soror Phœbi, niveâ Saturnia vaccâ,
pisce Venus latuit, Cyllenius ibidis alis,
quæ & alia plura quovis Stentore fortius proclaimare pos-
set ille ex Madaurâ asinus Platonicus, namq; falsius & eru-
ditius percensuit Christiani nominis scriptorum Varro
Arnobius in *septem libb. Disputation. adversus Gentes.*

B

quam-

(17) *Quintilian. lib. XII. Institut. c. I. Plinius lib. VII. Histor. Natu-
ral. c. 30. Lactant. lib. V. Institut. c. 15. & 18. Agellius lib. XVII. c. 21.
& ex his Muretus orat. V. Voluminis II. (18) Cicero lib. I. Tuscul.
Qq. Valer. Max. lib. IIX. c. 9. (19) Propert. lib. III. eleg. 9. (20) Ovi-
dius Metam. V.*